Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

cum se iudeos ee hoc est confitentes sed mentiuntur quia
cotidie xpm blasphemant in suis synagogis. Iudeus
namq; interpretatur confitens. Et ideo iudeorum nominis
expressio xpi est confessio. Dicunt itaq; se iudeos esse
sed mentiuntur quia sicut apls dicit. ñ qui in manifesto
iudeus. neq; qui in carne circumcisio. sed qui in ab-
scondito iudeus. & circumcisio ñ carnis sed spe. Huius
nominis dignitate tunc pdiderunt. quando xpm
negantes dixerunt. hunc nescimus unde sit. Ecce
faciam illos ut veniant gressibus fidei. Et adorent ante
pedes tuos. id e ut veneretur opera tua. & venerantes
imitent. Qui m qa ñ credunt & ecclie opera ñ
solum ñ venerantur sed etiam despiciunt. Et scient qa
ego dilexi te. Tunc scient qd xpe diligat ecclam sua
quando ipsi cum ea una fuerint effecti ecclia. Unde
p prophetam ad iherusalem dicit. Venient ad te curui
filii eorum qui humiliauerunt te. & adorabunt uestigia
pedum tuorum omis qui detrahebant tibi. & uocabunt
te ciuitatem dni sion. sci israhel. Quo seruasti uerbum
patientie mee. & ego te seruabo ab hora temptationis
que ventura est in orbem uniuersum temptare habi-
tantes in eo. Verbum patientie e. quod ipse dns exemplo
monstrauit. cum positus in cruce p peccatoribus
exoratum. Quod uidelicet patientie uerbum in omni
pressura & angustiis pponit sibi sponsa xpi. ppter
qd pncipaliter quoq; hanc ab hora temptationis
seruaturum se ee pmittit. Hora autem temptationis
intelligit omne presens tempus. in quo & si ecclia ua-
rias temptationib exercet. tamen ñ superat. De q